

Hermann Heltberg Jacobus Clepelius


Exercitationum Logicarum VI. De Accidentibus Respectivis

Rostochi[i]: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729110583>

Druck Freier  Zugang






57

R. U. phil. 1609. 10.

12 9/16

35 1717





R. U. phil. 16 70
8

Annunte & Benedicente Domino
Exercitationum Logicarum
VI.

DE ACCIDENTIBUS
RESPECTIVIS.

*Relatione, actione, passione, quanto, ubi,
situa, habere.*

Ad quam

In Inclita Rosarum Academia

Respondebunt

M. HERMANNUS HELTBERGIUS
PRÆSES

&

JACOBVS CLEPELIVS *Brandenburg. Megap.*
RESPONDENS.

Ad diem XIII. *Januar.* Hora
& loco *conveto.*



Rostochl

Typis Myliandrinis, Anno c1o 1oC X.

*Clarissimo, Doctissimo & Prudentissimo viro,
pietate, eruditione, prudentiâ & omnium virtu-
tum genere præstantissimo,*

Dn. Henrico Krauthovio

J. U. D. dignissimo.

NEC NON

*Eruditione, Prudentiâ, omniumq; virtutum
genere conspicuo viro,*

Dn. GEORGIO TETZEN,
Inclytæ Reip. Neobrandenb. civi primario.

E T

Virtute, doctrinâ & probitate ornatissimis juvenibus,

Dn. DANIELI KRAUTHOVIO,
Dn. BERNHARDO KRAUTHOVIO,
L. L. Studiosiss.

Studiorum suorum fautoribus & promot-
oribus debitâ observantiâ colendis.

Hasce suas primitias,

Dedicat

Offert

Consecrat

Jacobus Clepelius Neobrand. Megap.

Prooemium.

Proximo conflictu in genere quid prædicamenta sint, quem in Logicis habeant usum, quomodo dividantur, videlicet in substantiæ & accidentium categorias, quomodo item accidentium categoriæ iterum subdividantur in accidentium absolutorum & respectivorum, & respectivorum in simpliciter respectivorum, & mixtè respectivorum categorias, experti sumus. Et deinde in specie quid sit substantia, quomodo dividatur, & quanam ejus sint proprietates; quid item quantitas, quanam ejus partes & consuetaria, & deniq; quid qualitas ejusq; species & proprietates, atq; ita quid accidentia absoluta & substantia sit, didicimus. Ordo itaq; jam exigere videtur, ut de reliquis accidentibus tam simpliciter quàm mixtè respectivis, eorundemq; proprietatibus & speciebus hac exercitatione agamus, atq; ita doctrinæ de rebus ultimam manum imponamus, & ad reliqua ad Logicæ naturam & constitutionem facientia cum reliquis Aristotelis discipulis descendamus.

de accidentibus respectivis

Theorema Primum.

Accidentia respectiva sunt quæ non solum ad subjectum intrinsecum in quo inhaerent, sed etiam ad subjectum extrinsecum respectum habent.

I. Proxima disputatione & concursu de accidentibus respectivis tantum in genere & latè præcepimus, pro ut tunc instituitur.

The. enod. 2.
insuperiori disputatione.

A 2

intira

quare hoc acci-
dentia respectu
va appellentur

quantitas qui
idem respectu
vni.

qualitas cuius
idem respectu
vni.

Relatio accidentis
respectivum.

actio.

passio

Objectio contra
hanc divisionem
perit

tui ratio expetere & requirere videbatur in presentia itaq; de
ijs in specie sumus acturi. Notandum tamen est, ut & in proxi-
ma disputatione diximus, quo respectu & qua ratione ducti hac
accidentia respectiva appellentur, nimirum, quia etiam prater
illum communem respectum ad suum subjectum internum adhuc
aliud recipiunt & in se habent respectum videlicet ad subjectum
extrinsecum, ut in exemplo proxima disputatione de patre & filio
allato est perspicuum. Non negamus enim aliis, omne acci-
dens respectivum esse, quia respicit suum subjectum in quo in-
haret & cuius beneficio existentiam adipiscitur. Sic quantitas
accidens respectivum est, quia respicit suum subjectum in quo
inharet videlicet materiam: sic qualitas accidens respectivum
est, quia respicit aliquod subjectum in quo inharet. & a quo e-
manat videlicet formam: scientia necessario respicit animum ho-
minis, quia non est nisi in animo hominis, & animo hominis non
existente, & illa existere nequit: Sic relatio necessario, quia ac-
cidens est, & in quodam subjecto haret respectivum acci-
dens est, ut in paternitate qua non nisi in certa aliqua persona
existere & esse potest cuius est manifestum: Sic actio necessario
recognoscit aliquod subjectum inhaerentia, quod illius beneficio
agere dicitur. Sic passio necessario veneratur aliquod subjectum
in quo inhaereat, & quod aptum ad aliquid patiendum reddat: Sic
omnia omnino sequentia accidentia subjectum aliquod simili modo
quo precedentia omnia cognoscunt. Atq; hac ratione communi-
ter omnia conveniunt accidentia, quotquot etiam in hac mundi
universitate existunt & sustentantur, quia necessario, uti dictum,
respectum talem in se suscipere & sustinere, & propterea respectiva
dici & denominari cognuntur. Et sic hac ratione quis nostra divi-
sionis accidentium in respectiva & absoluta, veritatem destruere
& infringere posset, quia non habeat fundamentum in ipsa re,
cum nulla accidentia absoluta, sed omnia, ut superius dictum,
respectiva sint, & sic etiam taliter denominanda.

Vbi

II. Vbi respondemus concedendo omnino hac ratione nostra di-
 visionis in fumum abire veritatem si de tali respectu, qualem
 omne accidens hac ratione obtinere dicitur, divisio nostra loque-
 retur, & huic respectui & fundamento superstructa esset. Non
 enim de tali respectu, quando accidentia in respectiva & abso-
 luta dividimus nobis sermo est. Nos enim quando acciden-
 tia ita dividimus, respicimus adhuc ad alium respectum quem
 quadam accidentia, ad subjectum videlicet externum habent,
 & ex hoc fundamento divisionis nostrae veritatem adducimus &
 corroboramus. Non n. negari potest in relatis, alijsq; omnibus acci-
 dentibus subsequenter adhuc aliū dari respectum, ut in exemplo à
 domino & seruo deducto quilibet perspicere poterit. Dicitur enim
 quis dominus non solum propterea quod dominandi potestatem in
 se habeat, sed etiam adhuc respicit illa dominandi potestas aliud
 subjectum videlicet servum, cuius respectu dominandi potestas
 & dominus vel talis persona tale dominandi jus habere & sustine-
 re dicitur: Sic servum non solum propter illud accidens & re-
 spectu cuius ratione servire vulgò dicitur, ita denominari posse asse-
 rimus, nisi etiam prater internum respectum adhuc agnoscat a-
 lium ad dominum, cuius respectu & ratione servire & sub iugo
 esse teneatur. Sic agens non solum propterea quod agat dicitur,
 sed etiam propterea quia subjectum aliquod in quod agat,
 agnoscat & requirat: Sic patiens non solum propterea quod patia-
 tur, sed etiam quod aliquid sit à quo patiatur talis dicitur, & sic in
 reliquis ordine accidentibus eodem modo res se habet. Atq; hinc itaq;
 predictis nostram in accidentia respectiva & absoluta divisionem
 veram esse, & in ipsa re cuius respectu divisio dicitur, fundamen-
 tum habere intelligitur, nostriq; theorematum, in quo accidentia
 respectiva definimus, veritas & sensus verus eruitur & elicitur.
 Et proinde nihil aliud, quam ut ad accidentium respectivorum di-
 visionem accedamus, superesse, putamus.

R. S. 10.

nulla p. ea. absolute
 Dominus n. t. & h. e.
 Servum.

actionis declaratione

passivis declaratione

A 3

Theo-

Theorema Secundum.

Accidentia respectiva dividuntur in respectiva simpliciter & respectiva mixta.

I. Constituta ita & confirmata accidentium in absoluta & respectiva divisione; in presenti quoduplicia respectiva sint expeririemur. Dicimus autem in Theoremate nostro quod accidentia respectiva sint duplicia, alia simpliciter talia, & alia mixta. Vbi notandum quod ad accidentia simpliciter respectiva referamus solam categoriam relationis, qua etiam sola talis dici merito meretur. Habent enim accidentia in hoc predicamento collocata talem de quo in Theoremate antecedenti diximus respectum, ut in exemplo patris & filij potest iterum demonstrari Paternitas enim qua inhaeret alicui homini non solum respicit ipsum hominem in quo inhaeret, sed etiam adhuc aliam personam nimirum filij & vice versa filialitas, (liceat mihi cum scholasticis ita loqui) qua inest alicui homini non solum respicit ipsum in quo inhaeret hominem, videlicet filium, sed etiam patrem. Atque ita videmus unum respicere alterum tali quo nos diximus respectu, & unum in altero tanquam in termino terminari. Sic paternitas qua inest patri terminatur in filialitate, & filialitas, qua inest filio terminatur in patre.

II. Ad accidentia verò respectiva mixta vulgò referre solent reliqua sex sequentia. Hac enim accidentia neque absoluta, quo modo quantitas & qualitas talia dicuntur, neque respectiva qua ratione relata talia denominantur, appellari & dici possunt. Non enim possunt dici absoluta ut qualitas & quantitas, quia habent duplicem respectum, unum subjecti in quo inhaerent, & alterum ad subjectum externum. Actio enim non solum habet respectum ad illud subjectum quod agit, sed etiam aliud nimirum quod agenti

ad accidentia
simpliciter respectiva
pertinet sola
relatio.
Simpliciter.

Mixta.

Quare accidentia respectiva mixta non possunt dici absoluta.

discrimen
inter mixta
& respectiva
accidentia.

agenti subijcitur & cuius respectu actio dicitur. Non possunt
etiam dici, eo quo relata dicuntur modo respectiva. Non enim
respiciunt eo modo subjectum externum quo relata, ut videlicet
in ijs sit talis respectus correspondens in termino. Sic quando
dicit respectum temporis ad rem illam qua est in tempore; sed res
qua in tempore est, non habet rursus respectum ad tempus talem
ut in eo terminetur. Videatur Regius Disputat. Log. lib. 2.
pro bl. 7.

III. Relinquitur ergo quod quaedam naturam in se habeant
hac accidentia mixta, qua nec plane cum reliquis conveniat,
nec plane ab ijsdem discrepet & aliena sit. Sed nos potius re ipsam,
quam Philosophorum rixas & controversias de his predicamentis,
spectantes, prius quid respectiva simpliciter hoc est ipsa relata, &
deinde quid accidentia mixta sint, videbimus.

Theorema Tertium.

Relata sunt quorum totum esse, nihil aliud
est, quam ad aliud referri.

I. Non moveat quenquam quod hac in parte de relatione post
qualitates agentes ab Aristotele sumus alieni. Ille enim post tracta-
tionem de quantitate, relationum doctrinam explicandam statim
est aggressus. Nam quando nos ita & tali ordine in categorijs
tractandis procedimus, hoc ipsum propterea facimus, ut eo melius
divisionis nostrae accidentium in respectiva & absoluta ordinem
observare possimus. Si enim post quantitatis categoriam relata
aggredieremur explicanda, statim ordinem negligeremus & abso-
luta cum mixtis & vice versa, quod tamen fieri non debebat,
commisceremus, atque ita ordinis boni studiosos confunderemus. Di-
cimus autem quod relata sint quorum totum esse, hoc est tota es-
sentia

ut et crellig

Rao quare priq
de qualitate
de relatione
lyerit, egiit

sentia in eo, ut ad alia aliquo modo affecta sint, consistit & posita est. Ponamus enim exemplum praeceptoris seu docentis & discantis, ex quo hoc ipsum manifestum evadet. Docens enim propterea docens dicitur, quia respicit alium quem docet, & propterea etiam tale nomen accepit: Sic vice versa discens totus in relatione est ad docentem, quia propter docentem dicitur discens, & sublato discente, alter qui hoc respectu dicebatur docens non amplius eo nomine insigniri potest, quia ille respectus cuius ratione talis dicebatur est sublatus. Non possumus autem vobis, si adhuc quidam vestrum sunt, quibus hac videntur obscura naturam relatorum melius explicare & exprimere, quam ut requisita, quae ad eorundem constitutionem requiruntur, vobis ad oculos ponamus. **Requiritur itaque ad relata verè constituenda, primò subjectum.** Nam omne accidens necessariò subjectum aliquod in quo inhaereat requirit, quod etiam in relatis, quia accidentia sunt, praesupponitur. **Requiritur deinde in relatis fundamentum aliquod, cuius beneficio & respectu subjectis inesse dici possunt.**

Relatorum Requi-
sita.
1. Subjectum.
2. fundamentum.
3. duo termini
in Plato
& Aristotele sunt.

Requiruntur deniq; duo termini, in quibus ipsa relatio terminatur, qui vulgò correlata dicuntur. Sic exempli gratia inter Platonem & Aristotelem est quadam relatio ob similem externam corporis figuram. **Requiruntur itaque ad hanc relationem constituendam, primò subjectum, cui inhaereat illa relatio, quod substantiam Platonis & Aristotelis esse dicimus, secundo fundamentum cuius beneficio illa relatio huic substantiae vel subjecto inesse dicitur, est illa qualitas seu figura illa externa in utraque substantia conveniens: Nisi enim illa externa corporum similitudo & convenientia huic substantiae inesset, utiq; & illa relatio qua hac tanquam fundamento nititur existere non posset.** Termini deinde seu correlata sunt ipse Plato & Aristoteles quae hac similitudine corporum conveniunt. Possemus hac ipsa la-
tius per

Etius per exempla alia explicare, nisi ex hoc unico exemplo relatorum naturam vos bene precipere posse, crederemus.

II. Hac itaq, tanquam satis clara & manifesta relicta, ad relatorum divisionem nos accingemus. Dividimus autem cum Philosophis relata, in realia seu secundum esse, & rationis seu secundum dici.

Relata secundum esse dicimus quaecumq, quod sunt aliorum totum sunt. Sic paternitas in filialitate: Sic Dominium quod inharet alicui hominum totum fundamentum & terminatum est in servitute cuius respectu dominium dicitur, atq, hac ea relata sunt quae in Theoremate nostro definimus. Relata rationis seu secundum dici sunt, quae non sunt in rebus nisi per operationem intellectus. Sic relatio quadam affingitur ab intellectu polo arctico & antarctico, quae tamen revera in illis non est: Sic mens nostra fingit relationem in dextra & sinistra parte alicujus columna, quae tamen revera nisi mens eam non finget non existit & in rerum natura suum esse habet. Ubi etiam notandum nos hac relata rationis in hoc predicamento collocari posse, negare, cum non sint realia & positiva Entia, quae solum, & non rationis Entia in predicamentorum classem referenda sunt. Solent deinde multas alias relatorum asserre Philosophi divisiones, quaedam enim mutua, quaedam non mutua; quaedam deinde equiparantia, quaedam disquiparantia, quae omnia hic brevitate studio & instituti nostri ratione ducti, praetermittimus. Legatur Franc. Tolet. in categor. Aristotel. ad aliquid cap. 7. quaest. 1. Jacobus Martin. lib. 2. Exercitationum Metaphys. exercitat. 10. theor. 2. Gregor. Horst. Institut. Logie, lib. 1. tract 2. cap. 6.

Relata sunt duplicia
Realia & Rationalia

divisiones Relatorum
sunt vel mutua vel
non mutua. 2. vel
equiparantia vel disqui-
parantia.
ut crell. part 1.
lib. 1. fol. 109, 110,
111, 112, 113, & 249.

Theorema Quartum.

Actio est, secundum quam in subje-
ctum

Etum agere dicimur. Passio est secundum
quam id quod subijcitur pati dicimus.

I. Absoluta categoria accidentis simpliciter respectivi seu
relationis; jam secundum instituti rationem de accidentibus mi-
xtis erit agendum. Tribuimus autem primum locum inter ea
actioni & passioni, & passionem accidens secundum quod seu cuius
respectu in id quod subijcitur agere dicimur, definimus, ubi mo-
nemus à multis Philosophis hanc definitionem rejici, & tanquam
inutilem & illegitimam prætermitti. Ne autè quis nostrum theo-
rema propterea illegitimum esse arguere posset, dicimus nos hic
rerum non perfectam, ut in scientijs & disciplinis realibus fieri
solet, cognitionem tradere, & vobis exhibere, sed tantum aliqua-
lem descriptionem & gustum pro ut instituti ratio postulat, cum
præceptore nostro Aristotele afferre & inculcare velle. In om-
ni autem actione quatuor requiri statuimus: ¹ prima ipsum a-
gens seu subjectum, ² deinde subjectum aliquod in quod agitur:
³ tertio illud quod in subjectum patiens introducit: & deniq; ipse
actus seu operatio per quem illud introducit. Sic in exemplo
aliquo vulgari hoc ipsum facillimè demonstrari potest, ut quando
ignis introducit calorem in aquam, ibi primò sunt duo subjecta,
unum quod agit videlicet ignis, ² alterum videlicet quod patitur,
aqua? & tertio id quod introducit in patiens scilicet ipse calor,
⁴ & deniq; ipsa actio per quam calor in aquam introducit scilicet
ipsa calefactio. Similiter in reliquis omnibus quæ ad hanc ca-
tegoriam referunt se res habet. Dividimus deinde Actionem
in immanentem & transeuntem: Actio immanens qua in solo a-
gente permanet nec illud egreditur, sed illud intrinsecus perficit:
Sic omnes actiones anima rationalis in homine ut ratiocinari,
discurrere, & similes, dicuntur actiones immanentes, propterea
quod in subjecto maneat. Actio verò transtiens est qua non
in subje-

Requisita actionis
sunt quatuor.

Actio duplex
immanens &
transtiens.

Actio
Immanens

Actio
transtiens

in subiecto agente manet, sed illud egreditur, ut in exemplo ignis modo allato videre licet. Nec est quod quis propterea nostram in theoremate positam definitionem rejicere vellet, quod tantū conveniat actioni transeunti: Respondemus enim, ut & sapius factum nos hic non perfectam sed tantum aliqualem rerum cum Aristotele investigare cognitionem, talem sc: qua Logico ad finem suum obtinendum sufficere videtur. Sufficiat itaq; summo quasi digito quid actio, quid item passio sit demonstrasse, & perfectiorem is disciplinis ad quas proprie res spectant reliquisse. Passio itaq; est, ut ex theoremate constat, secundum quam aliqua res pati dicitur, ut quando ignis agit in aquam ipsa aqua pati dicitur, recipiendo videlicet actionem illius ignis. Proprietas actionis & passionis est recipere contraria: Sic calefactio contraria est frigefactioni &c.

objectio.
Ratio.

PASSIO.

II. Quando est, quod dicit respectum ortum in subiecto aliquo ex adjacenti tempore. Ex qua definitione intelligimus, nos hoc in predicamento non collocare ipsum subiectum in quo inhaeret ille respectus videlicet aliquam substantiam, substantia enim ad primum predicamentum pertinet, nec ipsum tempus, quod ad predicamentum quantitatis translulimus, sed illum respectum ex adjacenti tempore, subiecti alicujus in tempore existentis. Proprietates hujus predicamenti sunt: Non suscipere magis & minus: sic una res non magis dicitur in tempore existere quam altera. Deinde competere saltem rebus corruptibilibus, excepto DEo & similitis.

quando.

Proprietatis
quando.

III. Ubi dicit respectum subiecti, à circumscriptione loci provenientem. Dicimus etiam in hoc predicamento quod tantum dicat respectum, ubi innuimus, quod in hoc predicamento non collocemus ipsam rem in Loco existentem, nec ipsum Locum in quo res existit, sed saltem respectum illum qui ex circumscriptione loci oritur. Sic in foro esse non significat illud for-

ubi.

num, nec illam rem qua in foro est, siue Petrum, siue Jacobum, sed illum respectum, qui à re locata ad locum, & vice versa à loco ad rem locatam provenit & oritur.

SITUS.

I V. Situs est positio rerum seu corporum, & partium eorundem: Dicimus quod sit positio corporum & partium eorundem, ubi iterum innuimus non corpora & eorundem partes in hoc predicamento poni, sed respectum illum partium ex collatione aliorum corporum seu partium proveniente. Ut ambulare, sedere, saltare & similia.

HABITUS.

V. Ultimum predicamentum est habitus. Ubi monemus nos hic habitum non sumere pro qualitate aliqua crebris actionibus acquisita, qualis est Logica, Scientia, ars & similes, qui omnes habitus non ad hoc predicamentum, sed ad qualitatis Categoriā transferimus; sed pro aliqua forma vel re certo modo se habente circa corpus, atq; hoc respectu definire, quod respectum corporis ad res arte factas mobiles corpus proximè ambientes, denotet, ut vestitum, tunicatum, pileatum, barbatum esse. Diuiditur vulgò in habitum naturalem & artificialem, Naturalis exempla sunt hæc, habere barbam, habere lanam ut in ovibus, habere plumas ut in avibus &c. artificialis exempla sunt hæc; tunicatum, coronatum, vestitum esse; habitus verò artificialis rursus in habitum ornamenti & indumenti dividitur: Prioris exempla sunt, aureos habere in digitis annulos: Posterioris vestitum, tunicatum esse. Atq; hæc brevis & succincta predicamentorum omnium ab Aristotele traditorum delineatio & descriptio est. Ubi coronidis loco addimus nos hic nulla ratione perfectam & exquisitam omnium rerum tractationem instituisse, sed saltem leviter rerum definitiones & divisiones attigisse. Si quis i-

Habitus dividitur dupliciter

Habitus artificialis est dupliciter in ornamentum & indumentum.

Habitus Naturalis

Habitus Artificialis

Obiectum

ciebus ut de Homine, Leone, arbore, herbis, aliisq; ad hanc
 categoriam spectantibus: item quantitatis, ut de linea, corpore
 superficie, linea recta, curva, & similibus: item qualitatis, ut
 scientia, prudentia, arte, sapientia: item relationis, actionis,
 passionis & reliquorum omnium non egerimus, reprehendere ani-
 matus esset: item quod nullam perfectam definitionem cujuli-
 bet, & divisionem & similia tradiderimus, quod eidem respon-
 deamus, habemus in promptu. Nos enim de rebus satis perfe-
 ctè pro instituti nostri ratione & Aristotelis instinctu egimus.
 Perfecta enim omnium rerum tractatio ad eas disciplinas ad-
 quas propriè spectant transferenda est. Sic Hominis, Leonis,
 arborum & herbarum quat: corpora naturalia sint perfecta
 tractatio ad Physicum: sic scientia, prudentia, sapientia, & ar-
 tis tractatio quat: virtutes intellectus sunt ad Ethicum, re-
 mittenda est, & simile de reliquis omnibus ferendum est ju-
 dicium. Aristotel. lib. categor. toto: Jacobus Mar-
 tin. lib. 2. exercitationum Metaphysicarum, Gregorius
 Horst. Institut. Logicar. lib. 1. tractat. 1. cap. 2. & se-
 quentibus.

Corollaria.

I.

An relata sint simul natura? Aff. patre
 posito, filii ponitur, uno destructo altera destruitur.

II.

An actio & passio realiter differant?
 Affirm.

B 3

An

III.

*An Aristoteles erraverit quod sex post-
riora predicamenta non definiaverit? N.*

IV.

*An Ramus quando hac in parte reprae-
hendit Aristotelem sit audiendus? N.*

V.

*An hoc quod in una arte est Homogenium
illud in altera est Heterogenium; simpliciter
sit verum? N.*

VI.

*An DEVS sit alius natura alius scri-
ptura? N.*

VII.

In quonam Pradicamento Diabolus?



Ornatif-

A D

Ornatissimum cùm moribus tùm literis
Dnm. Respondentem,
JACOBVM CLEPELIVM
Sympatriotam & consanguineum suum

Προσφώνησις.

Diversi diversa probant; sua cuique voluptas
Curæ est, qua sine vix vivere dulce manet.
Hunc juvat insanos fluctus Aquilone secare,
Humanas ut opes quærat & accumulæ.
Hunc juvat in litem studio certaminis ire,
Extinctus longis excidat inde malis.
Hunc juvat, ut nigras sylvas, saltusque fatiget,
Et gelidis figat retia tensa jugis.
Hunc juvat & cyathis alios urgere repletis,
Molliaq; ad teneros membra movere modos.
Te juvat Aonijs, CLEPELI, invigilare Camænis,
Et studijs nomen condecorasse tuum.
Tu LOGICAM volvens inquiris amabile verum,
Præstans ingenio, vertis, & arte strophas.
Hæc vita est, hæc est semper tua tota voluptas,
Haut Lucris spes, haut Pocula, bella, Feræ.
Ergo quod thesibus vis nostram ornare palæstram,
Ex animo grator, doctæ JACOBE, tibi.
Hoc LOGICES studium pergas tractare, ferentur
Hinc tandem emerito, præmia digna, tibi.


MARTINVS BRANDIVS
Neobrandeb. Megapolitanus.


Aliud.

Dum Juvenes alij traducunt tempora luxu,
Aut rebus vanis otia blanda terunt.
Artibus ingenuis (harum tibi maxima cura)
Exornas mentem, docte JACOBE, tuam.
Tu nodos Logicos rectè dissolvis, & illa
Vertenda evertis, quæq; probanda probas.
Hoc probo; tu ingenij fac crescat nobilis ardor
In studijs septâ pergere perge via.
Inter honoratos tibi Sic laus, gloria surget;
Et capies studiij digna brabeja tui.

JOHANNES STERNBERGIVS
Neobrandenburg. Megapolitan.







306. sect. 20. in hac verba erumpens: Omne quod est, a primo principio, aut à primo principio. Unalia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia corruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; & natura: nunquam vero corrumpitur; nunquam immortalitate Deo ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem, concedere licet. Nam 1. Angelus tantum, & animalia existunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se existunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.


Theorema III.

Angelus est spiritus, qui per se existit, non in corpore, sed semper extra corpus.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant hominibus. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi corpore esse. 359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora non sunt, & natura eorum non est, corporibus reformare, merito per se ab omni corporis unionem.

II. Sunt vero Angeli in duplici differentia: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essentia, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur. Quicquid autem à Deo creatum est, bonum est.

A 3



the scale towards document